in practica ſeruatur, quod per vnum indicium proceditur ad torturam. Ita atteſtatur Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de præſumpt. §. ſpecies, ſub nu. 3. in verbo, in l. vnica, quem refert Alex. In d. conſ. 77. in fi. & Iaſ. in repet. l. admonendi, num. 168. in fi. & Grammati c. conſilio criminal. 17. numero 18. & Anton. de Canar. de quæſt. in 2. membro, numero 33. in fine, Gomeſ. Arias ſuper lege 74. Tauri, poſt numer. 18. Ita etiam communiter ſeruari in iudicijs atteſtatur Alber. in l. ſi quis alicui, numero 2. C. ad legẽ Iuliã Maieſt. Paris Put. de ſynd. fol. 447. capitulo 11. circa fin. & fol. 469. num. 49. Marſil. in practic. crimin. §. diligenter, numer. 11. Afflict. ſuper 1. parte conſtitutionum Regni, rubric. 27. numero 3. Et ita in hoc Ducatu ſeruatur: nã ex vnico indicio legitime probato, [p] ſiue ſit proximum, ſiue remotum à facto, vt plurimum reus ſubijcitur tormentis: quod tamen intellige iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupr. q. 21. vbi dixi, an ſola fama, fuga, inimicitia, minæ, & huiuſmodi, quæ ſunt remota à maleficio, ſufficiunt ad torturã.

15 Vbi [q] ſubſint legitima indicia, legitimè probata, & ad torturã ſufficieutia, reſtat tantummodo, vt iudex aduertat, an reus fortè ſit talis perſona, quæ de iure prohibeatur ſubijci tormentis, Videamus [r] igitur, quæ perſonæ torqueri non debeant. Et in hoc articulo facienda eſt generalis concluſio, quod regulariter [s] omnis ille torqueri poteſt, [t] qui nõ reperitur prohibitus. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Anton. Gomeſ. capitulo 13. delictor. num. 3. Scias autem, quod aliqui dixerunt, quòd liber homo torqueri non poteſt: ſed contrarium proculdubio verius eſt. Et in hoc non eſt dubitandum: quia de eo ſunt text. expreſſi, prætereaque ita ſeruat generalis conſuetudo, vt atteſtatur Guid. de Suz. in tractat. de indic. & tortura, numero 82. Iacob. de Beluiſ. in practic. crimin. in rubric. de quæſtion. numer. 7. & quotidie videmus de facto obſeruari. De ſeruis autem non eſt dubium; ipſi enim in quocunque crimine ſiue publico, ſiue priuato, & in quacunque cauſa poſſunt [u] torqueri, vt dicit Bartol. in l. diuus, num. 1. ff. de quæſt. & eſt communis opin. vt atteſtatur Practic. Conradi folio 229. numero 32.

16 Quæro [x] an Doctores poſſint de iure torqueri. Reſpon. quòd non: & ita tenent omnes, vt dicit Paris Put. de ſyndic. folio 239. poſt numerũ 9. Ita etiam communiter teneri atteſtatur Pract. Carrer. folio 145. poſt numerũ 180. verſ. excipiuntur, Ita etiam de conſuetudiue obſeruari atteſtatur (ni fallor) Iacob. de Beluiſ. in pract. crim. in rubr. de quæſt. num. 17. Et licet Gand. de malefic. in tit. de quæſt. num. 38. quẽ multi pro Bar. allegant. dicit, quod hoc de conſuetudine non ſeruatur, prout etiam idem atteſtatur Odofred. in tractat. de quæſtion. fine, & Guido de Suzar. in tractat. de ind. & tortura, num. 108. & Paulus de Eleaz. in cap. grauis de depoſitio. quem refert Brun. de ind. & tortura, folio 82. Paris Put. de ſynd. fol. 462. poſt nu. 6. & fol. 474. c. 3. poſt num. 5. quòd etiam ſe vidiſſe obſeruari atteſtatur Anton. de Canar. de quæſt. in 4. membro, numero 3. Nihilominus talis cõſuetudo de iure nihil valet; & ideò non eſt obſeruanda: & ita communiter tenetur, vti dicit Carrer. in loco præallegat. quem refert Duennas regul. 190. in 4. ampliatione. Hanc etiã dicit eſſe communem opin.

& attento arbitrio vol. 1. Grammat. deciſ. 34. num. 37. & Menoch. de arbitr. q. 84. vbi ponit, quando indicijs non præcedentibus torqueri poſſit iudex habens arbitrium in capitalibus, &

60 duo indicia † etiam leuia ſufficiunt ad torturã. Bertaz. in conſ. 213. numero 8. Baiard.

p Siue ſit proximum, ſiue ſit remotum.) In caſu tamen indicij conſiſtentis in dicto vnius teſtis, ad illud euitandum, vide, quæ dixi ſupra q. 22. verſ. vnũ tamen ſcias in principio, & quæſtion. 21. uerſiculo vnus teſtis, Aym. Crauet. conſ. 99. per totum: quod autem ſufficiat ad torturã ſemiplena probatio, vt hic habetur, uide in dict. quęſtione 62. ad princip. ibi, ſi ſemiplena tantum: hic autẽ de directo videtur contrariari his, quæ dixerat, quæſtione 22. verſic. primo ad finẽ, ibi, aut verò teſtis. Drogh.

q Vbi ſubſint legitima
61 indicia.] Adde, quòd † perſonæ, quæ regulariter torqueri non poſſunt, in criminib. exceptuatis torquentur, veluti in crimine læſæ maieſtatis, hæreſis, ſimoniæ, in maleficis, & mathematicis falſi, in priuato carcere, de ingenti aſſaſſinio, homicidio ſacræ perſonæ, vel magni Principis, & ſimilibus, vt per pract. Conradi in tit. de negat. crim. numero trigeſimo ſeptimo, fol. 302. Baiar.

r Videamus igitur.] Farin. tit. de indic. volu. 2. q. 41. num. 1. Roſ.

s Omnis ille torqueri poteſt.] Adde text. in leg. præcipimus, C. de appell. non eſt tamen ſemper vera iſta regula: nam nõ reperitur prohibitus filij cũ matre, & tamen non admittitur, Coſtum. de Taurſ. titul. de pied. de fiſ. & des paraigex, artic. 10. in gloſſ. principal. fol. 79. Adde rationem, cur de tali coitu nihil in lege cautum ſit: quia videlicet, cum antea non eſſet factum, uerebantur ne nõ tam id pęna prohiberet, quã lex admoneret: Ludou. Viu. in addit. ad Diuum Auguſtinum de Ciuit. Dei, libr. 13. cap. 5. Confeſſionale Saonarolæ in principio, faciunt quæ dixi ſupra ad §. parricidium in fine, vide ſupra in §. fornicatio, verſ. frequenter, infra quæſtion. 85. verſiculo fin. ibi quendam Laurentium Blanchum ſup. quæſtione 17. verſ. quæ practica. Drog.

t Qui non reperitur prohibitus.) Adde ideò videndum Carer. in tractat. crimin. ſub num. 180. vbi & ipſe ponit iſtammet regulã, & deinde examinat, quæ perſonæ non poſſunt de iure torqueri, cũ ſuis fallentijs. Giach.

u Torqueri.) Olim tamen de ſeruis nulla quæſtio erat in dominum, niſi in inceſtu, vt fuit in Clodium, & quare, vide per Cicer. in orat. pro Milone, quæ eſt in tertia part. Or pag. mihi 127. Giach.

x An Doctores poſſint de iure torqueri.) Adde, in quibus caſibus poſſint torqueri videndũ per Roland. eius conſilio 31. nu. 7. uſque ad num. 10. uol. 3. & in collect. mea commun. opin. part. 1. §. doctor. num. 10. ubi etiam & quid de conſuetudine, de qua tamen uide per Gab. Sara. ad Matheſil. ſingul. 59. Iaſ. in l. de quibus, ſub num. 66. ff. de legibus, & per Bologni. ad Guid. de Suz. in fin. Et quoniã differentia fit inter Doctores actu legentes, in quibus admitti limitant, & actu non legentes, in quibus negant conſuetudinẽ, & faciunt pro aduocatis, quod fruantur eadem immunitat. allegata per Nattam conſilio primo, & cõſil. 65. ubi de crebriori opinione. Giach.

An Doctores.) Farin. d. q. 41. num. 37. uſque ad 57. Roſſ.

Quæro an Doctores.)
62 Adde, quòd † Doctores in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ torqueri poſſunt, & in crimine falſi, ſimoniæ, priuati carceris, & alijs criminibus exceptuatis, ut per Carer. & Brun. in locis hic per D. Clarum allegatis, & per Grammat. in uot. 25. & etiam per Decian. in conſ. 93. num. 135. uol. ſecundo, & Cephal. in cõſil. 164. numero octauo, uolum. 2. & Roland. conſilio 31. numero ſeptimo, cum ſequent. uolumin. 3. & ſi in caſibus nõ permiſſis torquerentur, & faterentur, confeſſio eis non noceret tanquam nulla, etiam quod eſſet ratificata. Carerius ubi ſupra. Grammat. in uot. 1. Marſil. in practic. crimin. in §. expedita, numero 46. & Gomeſius in capitulo 13. ſub numero 4. circa fin. de delictis, ſed caueant Doctores, ne fateantur, quia

Boſſ. in tit. de indic. numero 111. Et in hoc Ducatu ita obſeruatur, quòd Doctores, [y] non ſubijciuntur tormentis. Et ita reſcripſit ſenatus Prætori Placentiæ in cauſa cuiuſdam [z] Doctoris Marliani 24. Octobr. 1555. [a] P. N.

17 Item [b] quæro, nunquid perſonæ poſitæ in dignitate poſſint torqueri. Reſpond. quòd non; neque vti rei contra ſe ipſos, neque tanquam teſtes contra alios. Et eſt cõmunis opi. vt dicit Boſſ. in tit. de tortura teſtium. numer. 7. ſecundum quam expreße iuſſit ſenatus abſtinendum eſſe à tortura contra D. Hieronymum Pecorarium, eo quia eſſet feudatarius, licet prius ordinaßet illum eſſe torquendum, 5. Nouembris 1558. A. C.

18 Quæro [c] etiam, nunquid Milites poſſint de iure ſubijci tormentis. Reſpond. quòd nõ eſt tex. in l. milites, C. de quæſtio. Et hoc quidẽ in militibns antiqui temporis nullã habet difficultatem: Sed quid in militibus noſtri temporis? Reſpond. quòd & ipſi gaudent hoc priuilegio, vt torqueri nõ poſſit: & eſt communis opin. vt dicit Grilland. de quæſt. & tortura in 6 quæſtio. principali, numer. 3. Et dicit Boſſ. in tit. de ind. numer. 104. quod ita communiter concluditur. Hoc tamen intellige, vt procedat in ijs, qui hodierno tẽpore appellantur Equites, vt declaraui ſupra lib. 2. §. Miles, Et in capitaneis, ſeu ductoribus militum: ſecus autẽ in militibus priuatis. nam illi quotidie torquentur. Et in hoc nullus dubitat, vt dicit Boſſ. in loco præallegato, numer. 18.

19 Vlterius quæro, nunquid Nobiles poſſint de iure [d] torqueri. Reſpond. quòd non, & eſt text. in leg. nullus. C. ad leg. Iul. Maieſt. [e] Sed hæc op. non ſeruatur in hoc. Ducatu, pront etiam nec ſeruari [f] in Francia atteſtatur Gulielm. de Bened. in 2. parte capitul. Raynutius, verb. mortuo itaque teſtattore, numer. 222. & Tiraq. de nobilitate, capit. 20. numer. 134. In Hiſpania verò ait Didac. libr. 2. reſolut. c. 9. numer. 4. quòd frequentius ſeruatur prima opinio. In hoc puto ſeruandam eſſe conſuetudinem prouinciæ, in qua proceſſus agitatur; nam hodiernis temporibus adeo propter indigna, & vilia nobilium matrimonia videtur corruptus flos nobiltatis, vt vix alicubi dici poſſit aliquem verè eſſe nobilem.

20 Præterea [g] quęro, nunquid Decuriones ciuitatum poſſint de iure torqueri. [h] Reſpond. quòd non, eſt text. in decuriones, C. de quæſt. Sed quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine vt atteſtatur Odofred. dict. tractat. de queſt. Gandin. in tit. de quæſt. numer. 38. quem refert Auguſt. ad Angel. de malefic. in verbo, Quod fama publica, poſt numer. 192. & Pract. Carrer. fol. 144. poſt numer. 180. verſic. [k] & ideo decuriones, & Brunus de ind. & tortura, fol. 80. nume 20. & Paris Put. de ſyndic. fol. 234. numero quarto, Idem atteſtatur Guido de Suz. in loco præallegat. numer. 110. Iacob. de Beluiſ. in pract. crim. in rubr. de quæſt. numer. 18. Alber. in l. Diuo Marco, C. de quæſt. quem refert Martin. Lauden. de conſil. dominorum, quæſt. 7. & Petrus Bellus de re milit. fol. 83. numer. 36. Salyc. in d. l. Diuo Marco. circa. fin. qui dicit, quòd in Lombardia non ſeruatur, Bal. in tract. de q. fol. 264. num. 4. in fin. Cępoll. conſil. crim. 40. in primo dubio, Ant. de Canar. de quaſt. in 4. membro numer. 4.

21 Quæro, [l] nunquid Minores, 14. annis poſſint torqueri? Reſpon. quod non, & hanc dicit eſſe receptam ſententiam Plaza lib. 1. delicto. cap. 32.

quia allegare huiuſmodi nullitatem, parum prodeſſet, nam in dictis grauibus torquentur, vt per Vulpell. in conſil. 141. numer. 11. vbi enim agitur de delicto graui, Doctor. non gaudet priuilegio carceris,
63 nec quæſtionis quia † reatus omne priuilegiũ tollit. Franc. Mar. deciſ. 709. part. 1. & ego vidi ſeruari, quòd Doctores torquẽtur in crimine homicidij, & alijs grauibus delictis, ſed leuia indicia nõ ſufficiunt, & requiritur, quod ſint probabilib. argumentis orta, ita vt ſola rei deſit confeſio, & adeo clara, quòd Iudex ſit ferè certus, vt qui torturæ ſupponitur, delictum perpetrauerit. ita tradit Vulp. in d. conſil. 141. in princ.
64 & Doctores, † & nobiles ſatis minus, quam plebei ſunt torquendi in caſibus, in quibus torqueri poſſint, vt inquit Decian. in dict. conſil 93. numer. 135.
65 Item † adde, quòd Doctores torqueri non poſſunt, etiamſi examinati vti teſtes vacillarẽt, Marſil. in l. ex libero numer. 4. ff. de quæſtio & Ceph. in conſil. 164. num. 8. vol. 2. Baiard.

y Non ſubijciuntur tormẽtis.] Hic ſcias, quod
*66 vbi torqueri poſſunt † debẽt antea degradari, aliàs non poſſunt torqueri, vt per Marſil. ſing. 556. colum. prima, quem refert, atque ſequitur pract. Carrer. in practica criminali. pagina 165. in fi. vbi etiã habes de conſuetudine in contrarium non valente. Giach.

z Cuiuſdam Doctoris Marliani.] Et de Pręſide Marliano infra quęſt 94. verſic. pen. ad fin. de iſto autem nobili cognomine orta eſt mihi dilecta, ſed lacrimabilis, heu, coniux. Lauinia mea. Drogh.

a N. P.] Vulp. reſp. 83. in fin. & 141. vbi plura de Doctor. Roſ.

b Item quæro.] Far. d. 41. numer. 70. 71. 72. vel magiſtratu numer. 75. Roſ.

c Quæro etiam.] Far. d. q. 41. nu. 30. vſque 37. Roſ.

d Torqueri.] Adde vt per Gramm. vot. 15. numer. 4. allegat Odofred. tractat. de quęſt. illumque ſequitur vna cum Brun. tractat. de indic. & tortur. columna 8. in principio tenendo iſtam, limita non procedere in quibuſdã caſibus, in quibus nec dignitas excuſat, vt in crimine læſæ maieſtatis, proditionis, & alijs ſimilibus, vt per gloſſ. in leg. inuiti, la ſeconda, ff. de teſtibus. Giach.

Torqueri.] Intellige inſcio Principe, vt in d. l. nullus. Et quod nobiles non ſubijciuntur quæſtionibus plebiorum, dixit Ioann. Raynald. in tractat. nobilit. quæſtion. 6. per text. in leg. deſertorem, §. 1. ff. de re milit. & leg. milites, & leg. Diuo Marco, Codic. de quæſt. & leg ſeueram, C. de dignitat. libro 12. vide Lodouic. de Pen. in leg. mulieres, C. de dignit. lib. 12. Guiot.

e Sed hæc opinio.] Far. d. q. 41. numer. 75. 76. 77. Roſ.

f In Francia.) Adde Aufrer. in ſtylo parlam. c. 19. Guiot.

g Præterea quæro.]
66 Adde, quòd † Decuriones hodie dicuntur Priores, Conſules, & Antiani Ciuitatum, ut per Grammatic. uot. 1. n. 20. & per Brun de indic. quæſt. 4. 2. part. num. 20. & multa in materia Decurionum habentur per Lancell. Corrad. in tract. de Decurion. ubi pleniſſimè Item adde, quod Decuriones ſi deliquerint in officio torqueri poſſunt, Tiraqu. de pęn. cauſ. 58. n. 4. Baiard.

h Reſp. quod non.] Farin. d. q. 41. num. 57. uſque 70. Roſ.

i De cõſuetudine.) Adde, quòd de ea teſtatur etiam Boſſ. titul. de ind. & conſid. ante tortur. num. 112. Giach.

De conſuetudine.) Adde Matt. de Afflict. in cap. ſi uoluerit, n. 14. de capitan. qui cur. uẽdid. in uſib. feud. Guiot.

K Verſic. Et ideo decuriones.] Vbi ampliat etiã depoſito officio, in memoriam priſtinam. Item ampliat in nepotibus, & parentibus Decurionum. Limitatur tamen in criminibus in exceptis, & in crimine falſi. Item niſi ſint infames, & demum declarat loco Decurionũ hodie eſſe Antianos, Conſiliarios, & Priores Ciuitatis. Giach.

l Nunquid minores quatuordecim annis.] Adde ad idem, ut per pract. Carrer. in pract. crimin. pagina mihi 147. colum. 1. in fin. qui columna ſequen. limitat in criminibus exceptis, ubi quod in caſibus

caſibus, in quibus admittuntur ad teſtificandum, in illis erit locus torturæ, quod eſt not. etiam, an faciat indicium, & quid de adulto curatoris auctoritate. *Giach.*

l *Nunquid minores.*] Far.d.q.41.num.16.& 17. *Roſ.*

Quæro nunquid minores.] Adde, quod † minores 14. an-
67 nis in crimine læſæ Maieſtatis torquentur Capyc. deciſ.130. numer. 55. & Brun. in tract. de ind. & tort. quæſt.4. part.2. numer.16.& numer.27. dicit, quòd vbi, & in caſibus, in quibus minores, & alij inhabiles admittuntur ad teſtificandum, in his erit locus torturæ, quod dicit notandum, quem refert, & ſequitur Carrer. in practic. crim. in l. obſeruare, ſub numer. 180. verſicul. item excipitur minor, & Marſ. in l. de minore nu. 11. ff. de quæſ. & debet intelligi de proxim. pubertati, & leuiter torqueri debet ſecundum Brun. in d. nume. 16. uide etiam quæ poſui ſupra in quæſt. 24. verſic. vidi quãdoque dubitari.
68 Item adde quòd † infans cum ferula cædi non poteſt, vt per Bologn. in addit. ad tract. de indic. & tortur. quem refert, & ſequitur Foller. in verb. & rei indurati, numero 20. *Baiard.*

numer.12. & dicit text. in l. 1. §. impubes, ff. ad Sylle. quod ita ſolet vſu obſeruari, vt ſcilicet non torqueantur, ſed terreantur tantum, & habena, aut ferula ſeu virgints cædantur refert Anan. in cap. 1. numer. 10. de deli. puerorum, & Anto. Gomeſ. capit. 1. delictor. numer. 67. Et dicit eſſe indubitatum Igneus in l. excipiuntur, num. 49. ff. ad Sylle. Et ita etiam quotidie in hoc Ducatu obſeruari videmus, licet Senatus quandoque iuſſerit in eculeo eleuari quendam Martinum Magonum minorẽ 14. annis, 8. Aprilis 1552. P. N. quod fuit mirandum, ex quo agebatur tantummodo de percuſſione facta cum lapidibus, ex qua non erat ſecuta mors, & aderat partis remiſſio.

22 *Non etiam debet iudex Senes* [m] *decrepitos tormentis ſubijcere,* [n] *vt colligitur ex text. l. 3. §. ignoſcitur, ff. ad Sylle. & eſt communis opin. vt atteſtatur Pract. Paul. Grilland. de diuerſ. crim. lib. 3. in 6. quæſt. nume. 5. prout illũ refert Viuius in libr. communium opin. in verbo, Senex ætatis. Iuſſit tamen Senatus terreri ſub eculo quendã ſenem decrepitum. 26. Nouembr. 1550. P. N. Ceterum ſenex non decrepitus bene poteſt torqueri, vt per Grammat. deciſ. 34. col. 1. Et reperio, quod in facti contingentia ſenatus iuſſit torqueri quendam Alouiſium de Lorto, licet ſexagenarium, vbi eſſet robuſtus; 17. Septembr. 1547. P. N. & alium Michaelem Bratni, licet eſſet ætatis annorum. 61. eo tamen modo, quo per ætatem torqueri poterat, 18. Iunij* [o] *1561. P. N.*

23 *Quæro* [p] *modo, nunquid*

& an ſenex poſſit torqueri, vide etiam Viuum hic allegatum
71 commun. opin. 698. vbi dicit, etiamſi fuerit † tortus, confeſſio erit nulla, licèt eſſet ratificata; ſed caueant ſenes, ne fateantur, quia dubito, quòd hoc non poſſet obtineri in pra-
72 ctica, & † ſenex decrepitus, infirmus, vel alius, qui torqueri non poſſit propter ætatem, vel infirmitatem, vel alia de cauſa, ſi ad torturam fuerit indiciatus poterit condemnari ad aliquam, pœnam pecuniariam, vel ad pœnã exilij, ſecundum Gomeſ. de delict. capitulo 13. numer. 28.

Item adde, quod ſenex ſtante eius valetudine, & robuſtitate poteſt torque-
73 ri ſed etiam laborans † febre quartana poſt diem febris, dummodo tortura ſit leuis & ſine quaſſata, ſiue ſtrepata: vt per Frãc. Marc. in deciſion. 790. per totam.
74 Item adde, † quòd ſurdus, & mutus à natura non poſſunt torqueri vt confiteantur delictum, Brun in tractat. de indic. & tortur. in 4. quæſtion. 2. part. numer. 25. Franc. Caſſan. de torment. capitulo decimo, numero 5. Ghirl. de q. in 6. quæſtio. numero ſeptimo, cum non poſſit damnari, niſi ex dictis teſtium, vt Brun. & alij ut ſup. *Baiard.*

m *Senes.*) Vide, quæ de hac materia ſcribit Tiraq. in tract. de pœnis temperand. cauſa 8. per totum. *Guiot.*

Senes.) Farin. d. q.41. num. 24. vſq; 30. *Roſ.*

Non etiam debet iudex ſenes.) Adde videndum Natt.
69 conſil. 319. numer. 3. & ſenectus † remittitur arbitrio Iudicis ſtante eius valetudine, robuſtitate, & attenta qualitate delicti, Brun. de indic. 4. part. num. 18. Pari. de ſyndic. in §. officiali poſuit ad chordam numer. 11. & Menoch. de arbitr. caſ. 59. numer. 3. Et quoniam de reſcriptis ab interpretibus in hoc caſu fit mentio, ſciendum eſt decrepitos illos dici, qui excedunt ſeptuageſimum annum, cum ab eo anno incipiat decrepitas ætas gloſſ. in verbo profectus in pronæm. 6. vbi Io. And. & alij Pariſ. conſil. 29 numer. 38. & ſeq vol. 2. Tancred. in ſuo compend. q. 21. Pet. à Plaza in epitom. delict. capit. 32. numer. 16. Bertaz. conſil. 102. numer. 1. in crim. Grammat. deciſ. 34. num. 5. dicit, quòd ſenectus incipit à quinquageſimo anno, & durat vſque ad ſeptuageſimum, quæ etas non excuſat à tortura, ſed requiritur ætas decrepita, quæ ſuperuenit poſt completam ſenectutem, vt latè ibi; Verum & decrepiti poſſunt torqueri, ſi robuſtæ fuerint complexionis, Bertazz. conſil. 341. num. 10. & qui non torqueri, ſed terreri. Bald. in l. 2. num. 5, C. quorum appel. non recip. Brun. in tract. de quæſtione, 8. quæſt. 2. partis numer. 8. Carrer. in pract. in princip. num. 18. ad fin. Bertaz. conſil. 341. numer. 11. & etiam leuiter torqueri, quia modica tortura non eſt tortura, Bald. in d. l. 2. numer. 4. Pariſ. de Puteo in mater. torturæ, verſic. hac ſola confeſſione poſt princip. Bertazz. d. conſil. 341. d. numer. 11. & Regienſes Iudices torqueri fecerunt ſenem ſeptuaginta triũ annorum, Bartaz. d. conſ. 102. & torqueri vidi octuagenarium, & vltra propter incendium ab eo factum, qui eadem die, qua captus fuit, fuit tortus, & confeſſus, & ſuſpenſus, ac com-
70 buſtus, & quomodo probetur † ſenectus, & decrepitas, habetur in addit. ad Bertazz. in conſil. 102. & decrepitas eſt difficilis probationis, Alexand. conſil. 29. volum. 7. & decrepitus cenſetur, qui ſeptuageſimum ætatis ſuæ annum egerit. Plaz. epitom. delict. libr. 1. capit. 32. numer. 14. verſicul. inſignis eſt;

n *Subijcere.*) Adde per Natta. conſil. 318. numero tertio, & vide per Carrer. in pract. crimin. pag. mihi 147. columna prima. *Giach.*

o 1561. P. N.) Quis dicatur ſenex. vide Panor. in capit. quoniam. ut lite non conteſtata & ibi Felin. Dec. in l. ſenium, C. qui teſt. fac. poſſ. & de omnibus ætatibus vide Alc. in l. pueri ff. de verb. ſignific. *Roſ.*

p *Quæro modo.*) Farin. d. q. 41. num. 78. vſque 88. *Roſ.*

Quæro modo, nunquid mulier prægnans.) Adde, † quòd
75 mulier prægnans etiam tempore puerperij poteſt examinari pro teſtimonio, dummodo ad eam notarius tranſmittatur, Franc. Marc. deciſ 182. part. 2. ſed Felyn. in capitulo quoniam frequenter, vt lit. non conteſtata, & Florian. in l. inuiti de teſtib. tenent, prægnantem non poſſe cogi ad ſe examinãdum, vti valetudinariam; quod intellige ſecundum Bartol. in l. 2. §. fi. non propter ff. ſi quis caut. quòd non tenetur comparere perſonaliter in iudicio, etiam quòd eſſet prægnans ex alio, quam marito, ſed ei debet mitti Iudex ad domum, vt iuret, & deponat, vt per Bertach. in ver. mulier prægnans: fallit, quando mulier prægnans eſſet ruſtica, & valens, vt eo tempore portet onera. Iaſ. & Fulgoſ. in l. 2. ff. de in ius voc. & Rebuff. in 3. tom. conſtit. de excuſat. numer. 42. etiam ſic non eſt vetum illud, quod dicunt vulares, prægnantem non poſſe cogi ad iurandum.
76 Item † adde, quod prægnans non poterit torqueri, etiam quòd eſſet prægnans ex alio, quam marito, etiamſi in carcere concepiſſet etiam fraudolenter, & doloſè cauſa euitandæ torturæ; etiam quòd eſſet prægnans de pauco tempore, puta 10. vel. 20. dierum, Bald. in l. Imperator. la 2. ff. de ſtat. hom. Gomeſ. tom. 3. delict. cap. 13. num. 37. Iod. pract. crim. cap 41. numer 6. Ioann. de Anan. in cap. intelleximus, numer. 7. de his qui fil. occid. pract. Corrad. tit de negat. crim. num. 34. Brun. in tract. de ind. q. 4. part. 2. & ad id de muliere prægnante, quòd non poſſit torqueri, vide etiam Carrer. in pract. crim. in l. obſeruare num. 180. verſ. Item excipitur prægnans.

77 Item adde, † quòd ſi mulier prægnans torqueatur, & confiteatur, talis confeſſio non ualet, ſecundum Bald. in d. l. Imperator, ff. de ſtat. hom. quem referunt, & ſequuntur Anan. in d. cap. intelleximus, num. 7. & Brun. in d. q. 4. num. 3.
78 Item † adde, quod iudex quotieſcunque dubitat, an ſit prægnans, debet cõſulere Medicos, & obſtetrices, quos ſufficit de credulitate deponere. Caſſan. in tractat. de tormen. capit. 10. num. 6. Bertach. in reper. in uerbo, femina num. 13. dicit, quod ipſi mulieri creditur per tres menſes, & per Pari. in tractatu de ſyndi. in uerb. tortura, uerſicul. officialis, poſuit ad chordã, ubi habetur, an officialis
79 † teneatur in ſyndicatu, qui tormẽtauit mulierem prægnantem, quæ fecit abortum: adhibito prius medico, qui dixit ſe credere non eſſe prægnantem, ſed de modo probandi prægnantiam latè habetur per Maſcardum de probationibus, concluſione 1208. uolum. 3.
80 Item adde, quod † mulier non prægnans, poteſt torqueri, ſicut alij, & blandis uerbis poteſt induci ad confitendum, quinimmo Pariſ. in tractatu de ſyndicatu, in uerbo tortura, capitulo ſeptimo, dicit, quòd
81 iudex poteſt † mulierem ad ſe adduci facere ſecreto in camera, & eidem dicere, quod uult illam habere in ſuam, & fingere uelle illam deoſculari, & ei polliceri liberationem, & quod ita factum fuit à quodam Regente, qui quandam mulierem blanditijs iſtis induxit ad confitendum homicidium, quæ poſteà decapitata fuit.
82 Ego † autem arbitror, quòd hoc non ſit permiſſum iudici, quinimò quòd eſſet omni reprehentione dignus, cum ſit fictio diabolica, uelle inducere mulieres ad confitendum delicta uerbis, & actibus uenereis, & libidinoſis, quæ aliquando propter luxuriã ſe inducunt ad uenenandum maritos, & ad faciendum committi homicidia, & multo magis poſſent ſe inducere ad confitendum falſum; & hæc diabolica ſimulatio tanto magis eſt fugienda per ea, quæ tradit Dominus Clarus ſupr. in quæſtione quinquageſimaquinta, uerſiculo allegare etiam, & uerſiculo circa primum, & quis poteſt promittere, ſi iudex haberet mulierem formoſam ſolam in camera, quod ab ea non conuerteretur?

Mulier prægnans poſſit torqueri. Reſp. [r] *quod non, & ita obſeruatur, vt dicit text. in l. prægnantis, ff. de pœnis. Conſuetudo autem obſeruat, vt etiã poſt partum editum non torqueatur, niſi elapſis quadraginta diebus purgationis. Et ita ſeruari iuſſit ſenatus in quadam Catharina Carrona 26. Feb. 1559. P. N. Idem etiam obſeruat ſenatus in mulieribus lactantibus, & ita iuſſit in facti coutingentia nõ eſſe torquẽdam quandam Felicitatem teſtem, quæ puerum lactabat, 11. Maij 1557. P. N.*

24 *Sed an Clerici poſſunt de iure torqueri? Reſpon. quòd ſic, & eſt communis opin. vt dicit Abb. in capit. poſt ceſſionem, de probat. prout illum refert Villalobos in ſua collecta communium opin. in litera C. verb. clericus non poteſt, qui forte voluit allegare Abb. in capit. cum in contemplatione, de reg. iur. de quo ego inferius mentionẽ feci. Hanc tamen concluſionem intellige, vt procedat, quãdo clerici ſunt de crimine diffamati, & ſuſpecti: nã eo caſu vtique poſſũt ex cauſa torqueri: alias ſecus. Itæ dicit Abb. Antiquus, in capitulo 1. in verbo, vt audiuimus, de depoſito, vbi ait, quòd raro, imo nunquam inuenies, quod clerici torqueantur, niſi infames. Et ita communiter teneri atteſtatur Alex. in Apoſt. ad Bartol. in l. fin. ſub nu. 5. in verbo, Specialia, ff. de quæſt. quẽ refert Boſſ. in titul. de tortura teſtium, numero 6. Hanc etiam opinionem dicunt eſſe communem Scribentes in d. capitulo 1. de depoſito, & in ſpecie Florian. & Imola, nu. 9. & Card. & Barb. colum. 4. Felin. in capitulo vniuerſitati, poſt nu. 2. de ſentent. ex comm. vbi dicit, quod ita per omnes Doctores tenetur, quem refert Foller. in pract. crim. canon. fol. 259. nu. 6. Dec. in c. at ſi clerici in princip. numer. 19. de iudic. & Marſil. ſing. 55. aduertas, prout illos refert Villalob. in loco præallegat. & Viuius in libr. communium opin. in verbo, Clerici non poſſunt, Gigas de crim. læſæ Maieſt. fol. 116. numero 3. Simanchas de hæret. capit. 63. nu. 27. Duennas regula 190. in 3. limitatione, Boſſ. in tit. de iudicijs, num. 35. Et ſic non ſufficeret vnus teſtis de viſu contra clericum,* [u] *niſi etiam adeſſet diffamatio, quod tamen non credo ſeruari in practica, prout illud non ſeruari in ciuitate Mediolani atteſtatur Boſſ. in eod. tit. de indic. poſt numer. 103. Et hæc quidem omnia procedunt non modo in ſimplicibus clericis, ſed etiam in preſbyteris: nã & ipſi poſſũt torqueri, quidquid dixerit Bar. in l. ex libero, circa princ. ff. de quæſt. Vide, quæ dixi ſupra q. 25. ver. Sed nunquid. Et hãc dicit eſſe communẽ opi. Abb. in c. cum in contemplatione, poſt nu. 6. de reg. iur. Diaz in pract. crim. canon. c. 117. nu. 1. quamuis illum vti contrarium atteſtantem referre videatur Pract. Conradi, fol. 301. poſt nu. 35. limita, niſi tamen liber eſt corruptus, quod certe ſuſpicor, Boſſ. in tit. de ind. num. 103. Et ita ſeruari atteſtatur Paris Put. de ſynd. fol. 474. cap. 3 poſt num. 7. ſubdens, ſe vidiſſe pluries eos torqueri pro veneno dato conſanguineis, &* [y] *in crimine læſæ Maieſtatis, & pro ſepulchris violatis exhumando cadauera, & ea ſpoliando, &c.*

Scias tamen, quod in omnem caſum tortura non de-

83 Item † adde, quòd nec etiam fuſtigari poteſt mulier prægnans, ſecundum Marſ. in l. 1. nu. 21. ff. de quæſt. *Baiard.*

q *Quod non.*) Adde, quod idem dicit pract. Carrer. pagina mihi 146. col. 2. quem omninò uide; quia multa alia notatu digna tradit in hac materiã. *Giach.*

Quod non.) Fetus enim in utero exiſtens, qui non peccauit, matris iniquitatem portare non debet. Et ea eſt ratio, quare mulieris tortura, & mortis executio differenda eſt vſque ad tempus, quo pariat. *Guio.*

r *Hanc tamen concluſionem.*) Farin d. q. 41. nu. 2. vſque 16. & q. 66. par. 3. num. 101. uide quæ dixi ſupra. Quid in Muto, & Surdo, Epiſcopo ualetudinario, & ſeruis. Farin. dict. quæſt. 41. nu 89. 92. 93. 94. ubi numer. 89. de eod. qui Reipubl utilis eſſet, & ibi omnia ſupradicta ampliat, & limitat uſque ad finem quæſt. *Roſ.*

ſ *Alias ſecus.*) Adde etiam ſtantibus mille indicijs, quod non torquentur, niſi ſint de crimine diffamati, ut per Carrer. in practic. crimin. num. 151. & pag. 146. column. 1. Et ſic generaliter etiam aduerte
*83 quod illæ perſonæ, † quę non poſſunt torqueri, poſſunt tamen terreri, ut tradit Brun. tract. ſuo de indi. 8. q princ. 17. not. & Carrer. in prac. crim. pag. 148. col. 1. & habetur per Boſſ. tit. de indic. & conſil. ante tort. ſub num. 122. *Giach.*

t Raro, *imo nunquam inuenies.*) Hoc intellige ab alijs clericis, ut eſt infra hac eadem quæſtione, uerſic. ſed hic quæro in fine, q. 70. uerſ. eſt etiam pœna poſt medium, infra q. 68. uerſ fin. *Drogh.*

u *Niſi etiam adeſſet.*] Far. d. q. 41. num. 6. & 70. *Roſ.*

x *Vidiſſe pluries eos torqueri.*) Nota hic clericorum per propria crimina, uidelicet, uenenum, læſæ maieſt ſepulchri uiolat. cadauerum exhumatio, & ſpoliatio; his adde Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. centur. 4. caſ. 387. Boſſ. tit. de tort. teſt. ſub nu. 6. poſt med. *Drogh.*

y *In crimine læſæ Maieſtatis.*) Ego idem ſeruarẽ in ceteris criminibus, exceptis in crimine hæreſis, ſimoniæ, fraudati cenſus, & fraudatæ annonæ, & dilapidationis Eccleſiæ, de quibus Vital. tit. de his, qui accuſ. non poſſ. in fin. *Giach.*

In crimine læſæ Maieſtatis.] Farin. ſup. nu. 11. *Roſ.*